UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLVI. De Aedificatione Castri Poldenberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

CAP. XLVI.
De
Ædificatione Caſtri Poldenberg.

FRater Poppo Magiſter conſiderans dicti Ducis aſtutiam in hoc, qvod caſtris ſe undiqve firmaret, præcavens periculis infuturum, in monte ſito inter Civitatem nunc Colmenſem & antiqvum caſtrum, ædificavit caſtrum qvod à nomine montis Potterberg nuncupavit, locans ibi XII. fratres, cum (*a*) multis armigeris. Hæc ædificatio facta fuit, ne Svantepolcus dictum montem ædificiis occuparet, & factus fuiſſet error noviſſimus pejor priore.

ANIMADVERSIO.

(*a*) Qvadraginta milites fuiſſe impoſitos, ſcribit Auctor Chronici antiqvi Germanico idiomate ſcripti in 4.

CAP. XLVII.
De
Impugnatione caſtri & Civitatis Elbingenſis.

SVantepolcus Dux Pomeraniæ intelligens abſentiam Fratrum & civium de Elbingo congregato magno exercitu ad impugnandum caſtrum & Civitatem ibidem proceſſit, qvo viſo mulieres depoſito ornatu muliebri, mentem virûm induerunt & femur cingentes gladio mœnia aſcenderunt, tam viriliter ſe ad defenſionem diſponentes, qvod nusqvam ibi ſexus fragilitas apparebat. Unde Dux æſtimans exercitum Fratrum & civium reverſum, cum verecundia receſſit, Nec credas hoc ſolum hic